



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEON

EPISTOLA ENCYCLICA (1)

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS

ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS

PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

Ecquis vero fiduciam in praesidio et ope Virginis tantopere collocatam, putare velit et arguere nimiam? Certissime quidem perfecti Conciliatoris nomen et partes alii nulli conveniunt quam Christo, quippe qui unus, homo idem et Deus, humanum genus summo Patri in gratiam restituerit: *Unus mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus* (2). At vero si nihil prohibet, ut docet Angelicus, *aliquos alios secundum quid dici mediatores inter Deum et homines, prout scilicet cooperantur ad unionem hominis cum Deo dispositice et ministerialiter* (3), cujusmodi sunt angeli sanctique coelites, prophetae et utriusque testamenti sacerdotes, profecto ejusdem gloriae decus Virgini excelsae cumulatus convenit. Nemo etenim unus cogitari quidem potest qui reconciliandis Deo hominibus parem ac illa operam vel unquam contulerit vel aliquando sit collaturus. Nempe ipsa ad homines in sempiternum ruentes exitum Ser vatorem adduxit, jam tum scilicet

(1) Véase la pág. 416.

(2) I Tim. II, 5, 6.

(3) III, q. XXVI, aa. 1, 2.

quum pacifici sacramenti nuncium, ab Angelo in terras allatum, admirabili assensu, *loco totius humanae naturae* (1), excipit: ipsa est *de qua natus est Jesus*, vera scilicet ejus Mater, ob eamque causam digna et peraccepta *ad Mediatorem Mediatrix*.—Quarum rerum mysteria quum in Rosarii ritu ex ordine succedant piorum animis recolenda et contemplanda, inde simul elucent **Mariae** promerita de reconciliatione et salute nostra. Nec potest quisquam non suavissime affici quoties eam considerat, quae vel in domo Elisabethae administra charismatum divinorum apparet, vel Filium pastoribus, regibus, Simeoni praebet infantem. Quid vero quum consideret, sanguinem Christi causa nostra profusum ac membra in quibus ille Patri vulnera accepta, *nostrae pretia libertatis*, ostendit, non aliud ea esse nisi carnem et sanguinem Virginis? siquidem, *caro Jesu caro est Mariae; et quamvis gloria resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen carnis mansit et manet natura quae suscepta est de Maria* (2).

Sed alius quidam fructus insignis e Rosario consequitur, cum temporum ratione omnino connexus: cujus Nos alias mentionem intulimus. Is nimirum est fructus ut quando virtus fidei divinae tam multis vel periculis vel incursibus objecta quotidie est, homini christiano hinc etiam bene supperat quo alere eam possit et roborare.—*Auctorem fidei et consummatorem* nominant Christum divina eloquia (3); *auctorem*, eo quia docuit ipse homines multa quae crederent, de se praecipue in quo *inhabitat omnis plenitudo divinitatis* (4), idemque gratia et velut unctione sancti Spiritus benigne dat unde credant; *consummatorem*, quia res per velamen in mortali vita ab eis perceptas, pandit ipse apertas in coelo, ubi habitum fidei in claritudinem gloriae commutabit. Sane vero in Rosarii instituto luculenter eminent Christus; cujus vitam meditando conspiciamus, et privatam in gaudiis, et publicam summos inter labores doloresque ad mortem, denique gloriosam, quae ab anastasi triumphantis, in aeternitatem profertur sedentis ad dexteram Patris. Et quoniam fides, ut plena dignaque sit, se prodat necesse est, *corde enim creditur ad*

(1) S. Th. III, q. xxx, a. 1.

(2) *De assumpt. B. M. V. c. v. inter opp. S. Aug.*

(3) Hebr. XII, 2.

(4) Col. II, 9.

justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (1); propterea ad hanc etiam habemus ex Rosario facultatem optimam. Nam per eas quibus intexitur vocales preces, licet expromere ac profiteri fidem in Deum, providentissimum nostri patrem, in venturi saeculi vitam, in peccatorum remissionem; etiam in mysteria Trinitatis augustae, Verbi hominis facti, maternitatis divinae atque alia. Nemo autem est nescius quantum sit pretium meritumque fidei. Quippe fides non secus est ac lectissimum germen, virtutis omnis flores in praesentia emittens, quibus probemur Deo, fructus deinde allaturum qui perpetuo maneant: *Nosse enim te consummata justitia est, et scire justitiam et virtutem tuam radix est immortalitatis* (2).—Admonet locus ut unum adjiciamus, attinens nimirum ad officia virtutum quae jure suo postulat fides. Est inter eas poenitentiae virtus, ejusque pars etiam est *abstinentia*, non uno nomine et debita et salutaris. In quo quidem si filios suos Ecclesia clementius in dies habet, at videant ipsi diligentiam sibi omnem esse adhibendam ut indulgentiam maternam aliis compensent officiis. Libet vero in hanc pariter causam eundem Rosarii usum cum primis proponere, qui bonos poenitentiae fructus, maxime ab angoribus Christi et Matris recolendis, aequè potest efficere.

Nitentibus igitur ad summum bonorum, sane quam providenti consilio hoc Rosarii adjumentum exhibitum est, idque tam promptum omnibus atque expeditum ut nihil magis. Quivis enim religione vel mediocriter institutus eo facile uti et cum fructu potest; neque res est tanti temporis quae cujusquam negotiis afferat moram. Opportunis clarisque exemplis abundant annales sacri: satisque est cognitum multos semper fuisse, qui vel sustinentes graviora munera, vel curis operosis distenti, hanc tamen pietatis consuetudinem nullo unquam die intermittere.—Qua cum re suaviter congruit intimus ille religionis sensus quo animi erga coronam sacram feruntur, ut eam adament tamquam individuum vitae comitem fidumque praesidium; eandemque in agone supremo complexi, auspiciis dulces teneant ad *immarcesibilem gloriae coronam*. Auspicio plurimum favent beneficia *sacrae indulgentiae*, si perinde habeantur ac

(1) Rom. x, 10.

(2) Sap. xv, 3.

digna sunt: his enim amplissime Rosarii institutum a Decessoribus Nostris et a Nobismetipsis est auctum. Eaque cerle et morientibus et vita functis, quasi per manus misericordis Virginis impertita, valde sunt profutura, quo maturius expetitae pacis lucisque perpetuae fruantur solatiis.

Haec, Venerabiles Fratres, permovent Nos ut formam pietatis tam excellentem, tamque utilem ad capiendum salutis portum, laudare et commendare gentibus catholicis ne cessemus. Sed alia praeterea id ipsum suadet causa gravisima, de qua jam saepius litteris et allocutione animum aperuimus. — Videlicet, quum Nos quotidie acrius ad agendum impellat id votum, quod ex divino Christi Jesu Corde concepimus, unitatis dissidentium reconciliationis fovendae, intelligimus quidem hanc praestantissimam unitatem nullare melius parari posse et adstringi quam sanctarum precum virtute. Obversatur exemplum Christi, qui ut alumni disciplinae suae essent in fide et caritate *unum*, effusa ad Patrem obsecratione rogavit. Deque valida in idem deprecatione Matris ejus sanctissimae, illustre documentum in historia est apostolica. In qua commemoratur primus Discipulorum coetus, promissam almi Spiritus amplitudinem magna spe flagitans et expectans; simulque Mariae praesentia comprecantis singulariter commemoratur: *Hi omnes erat perseverantes unanimiter in oratione cum Maria matre Jesu* (1). Ut igitur ad eam, tamquam ad unitatis faulricem et custodem eximiam, recte se Ecclesia exorietis precando adjunxit, id similiter his temporibus per orbem catholicum fieri peropportunum est; toto praesertim octobri, quem mensem jamdiu Nos divinae Matri, pro afflictis Ecclesiae temporibus implorandae, deditum sacrumque solemni Rosarii ritu voluimus. — Proinde caleat ubique hujusmodi precis studium, ad propositum in primis sanctae unitatis. Neque aliud quidquam Mariae gratius acceptiusque fuerit, utpote quae Christo maxime conjuncta, maximopere id cupiat et velit ut qui uno eodemque donati sunt ejus baptismo, una omnes eademque fide perfectaue caritate cum ipso et inter

(1) Act. I, 14.

se cohaereant.—Ejusdem vero fidei mysteria augusta altius in animis per Rosarii cultum insideant, eo felicissimo fructu ut *imitemur quod continent et quod promittunt assequamur*.

Interea munerum divinorum auspicem caritatisque Nostrae testem, singulis vobis cleroque ac populo vestro Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XX Septembris anno MDCCCXCVI, Pontificatus Nostri decimo nono.

LEO PP. XIII.

RECLUTAMIENTO Y REEMPLAZO DEL EJÉRCITO.

9.^a SECCIÓN.

Excmo. Sr.: En vista de varias consultas dirigidas á este Ministerio acerca de la situación que corresponde á los individuos del Ejército que, sin ser Presbíteros, han recibido órdenes sagradas y sean llamados al servicio activo, el Rey (q. D. g.), y en su nombre la Reina Regente del Reino, de acuerdo con el Provicariato general Castrense, se ha servido disponer que los expresados individuos queden á las inmediatas órdenes del Teniente Vicario de la región, para prestar el servicio compatible con su estado en los hospitales militares, ó donde fueren más útiles y precisos, á juicio de la citada autoridad eclesiástica.

De Real orden lo digo á V. E. para su conocimiento y efectos consiguientes. Dios guarde á V. E. muchos años. Madrid 12 de Agosto de 1893.—Azcárraga.—Señ r.....

(Del Diario oficial del Ministerio de la Guerra).

ACLARACION INTERESANTE

sobre si el Párroco de acuerdo con los contrayentes, y no el Juez Municipal, es quien designa el lugar, día y hora para los matrimonios.

Habiendo recurrido al Gobernador Eclesiástico de Puerto Rico el Sr. Cura Párroco de Lares, manifestándole que el Juez municipal de aquel distrito, autorizado por el de primera instancia de Aguadilla, se negaba á asistir á los matrimonios canónicos que se celebraban fuera de las horas declaradas hábiles en la ley de Enjuiciamiento civil para los actos judiciales, hubo de recurrir en queja y reclamacion al Ilmo. Sr. Presidente de aquella Audiencia territorial, D. Venancio Zorrilla, el cual dictó resolución favorable á la jurisdicción eclesiástica, como es de ver en los siguientes considerandos y fallo de 15 de Julio último.

«Considerando que la asistencia del Juez municipal ó su delegado al acto del matrimonio canónico, tiene como único y exclusivo fin según expresa terminantemente el art. 77 del Código civil, el verificar la inmediata inscripción del matrimonio en el Registro civil.—Considerando que esa circunstancia no quita el carácter solemne de sacramento al acto ni son meras funciones judiciales las que el Juez municipal ó su delegado van á ejercer al presenciar dicho acto, por lo que es evidente que al protestar el Párroco, de acuerdo con los contrayentes, exclusivamente corresponde señalar el lugar, día y hora en que se ha de celebrar aquel sacramento.—Considerando por lo expuesto en los anteriores fundamentos que la resolución dictada por el Juez de primera instancia de Aguadilla es improcedente en todos conceptos.—Visto lo representado por el Sr. Fiscal y de conformidad con el mismo, esta Presidencia deja sin efecto la resolución del Juez de primera instancia de Aguadilla de que se ha hecho mérito, declarando en su lugar que los Jueces municipales deben asistir por sí ó por medio de sus delegados á los matrimonios canónicos en lugar, día y hora designados por el Párroco de acuerdo con los contrayentes, los que deberán cumplir por su parte las prevenciones que fija dicho art. 77 del Código civil.»

RESOLUCIÓN IMPORTANTE Y JUSTA

SENTENCIA.—En el pueblo de Vieques á los diez y nueve días del mes de Agosto de mil ochocientos noventa y seis, el Sr. Juez Municipal Don Antonio Sueiro y Campos, por ante mí su Secretario dijo: Visto este juicio verbal de faltas y Resultando 1.º, que en nueve de los corrientes el Sr. Cura Don Antonio Antonini, denunció el hecho de que Don Gregorio Brignoni, montado á caballo no había querido descubrirse apesar de invitarlo por dos veces al pasar dicho Sr. Cura de regreso de un entierro con la cruz alzada y en acto solemne del culto religioso, volviendo la espalda el Brignoni y marchándose como escarneciendo dicho culto.—Resultando 2.º: que los testigos presenciales del suceso Don Francisco Vidal y Dávila y Delfina Cristian declaran en juicio haber presenciado el hecho denunciado; los testigos Prosper Denis y Gabriel García Cuervo, declaran que no lo han presenciado pero que lo oyeron decir de voz pública, agregando el Denis que oyó al Sr. Cura decir las palabras «descúbrase», «descúbrase», y vió á un joven que iba á caballo. al cual no conoció, sabiendo luego que era Don Gregorio Brignoni.—Resultando 3.º: que los demás testigos Doña Petra Quiñones, Doña Inocencia Mora y Fabián Carrillo, declaran no haber presenciado absolutamente nada.—Resultando 4.º: que el acusado Brignoni declara que en efecto en la tarde de autos se hallaba á caballo de espaldas á la calle conversando con Doña Inocencia Mora y Doña Petra Quiñones, y oyó una sola vez una voz que decía, «descúbrase» ó «quítese el sombrero» y al volverse vió que iba el Sr. Cura, no recuerda si revestido ó nó, y como no sabia á quien se dirigía este, no hizo caso aunque él también estaba cubierto —Resultando 5.º: que el Sr. Fiscal califica el hecho como una falta comprendida en el caso 1.º del artículo 594 del Código Penal y tiene como responsable de ella, á Don Gre-

gorio Brignoni por las pruebas testificales y de referencia, solicitando para este la pena de ocho días de arresto, multa de quince pesetas y las costas.—Resultando 6.º: que se han llenado en este juicio los trámites legales.—Considerando 1.º: que realmente se trata de una falta contra el orden público comprendida en el caso 1.º del artículo 594 del Código Penal.—Considerando 2.º: que de dicha falta es responsable Don Gregorio Brignoni, puesto que con su actitud ofendió los actos del culto religioso del Estado y los sentimientos religiosos de los concurrentes á dicho culto.—Vistos los casos 1.º del artículo 594 y 117 del Código citado, y los necesarios de la Ley de trámites, de conformidad con la petición Fiscal.—FALLO: Que debo condenar y condeno á Don Gregorio Brignoni y Arce, natural y vecino de Vieques, soltero, mayor de edad, propietario, á la pena de ocho días de arresto que extinguirá en su propia casa sin poder salir de ella durante la condena y en la multa de quince pesetas que hará efectiva en el papel correspondiente de pagos al Estado, condenándole así mismo en las costas de este juicio. Así lo pronunció mandó y firma el Sr. Juez municipal y de que certifico.—Antonio Sueiro.—Francisco Jústiz —Publicación.—Leida y publicada fué la anterior sentencia por el Sr. Juez municipal en la Audiencia pública de hoy 20 de Agosto de 1896.—Certifico.—Jústiz.»—Es copia, Francisco Jústiz.—Hay un sello que dice: «Juzgado Municipal de Vieques.»

——
A N U N C I O
=

De acuerdo con el Ayuntamiento de Mayorga, ha sido nombrado por S. E. Ilma. Preceptor de Latinidad y Humanidades de dicha villa, el Presbítero D. Aquilino Fernández.